



15  
GLORIAM  
ORDINIS PERISCELIDIS  
IN  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRIN-  
CIPE AC DOMINO,

DOMINO  
JOHANNNE GEORGIO  
SECUNDO,

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ  
AC MONTIUM, SACRI ROMANI IMPERII AR-  
CHIMARESCHALLO ET ELECTORE, LANDGRAVIO  
THURINGIÆ, MARCHIONE MISNIÆ, ET UTRIUSQUE LUSATIÆ  
BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI, COMITE DE MARCA  
ET RAVENSBERG, DYNASTA IN RAVENSTEIN &c. &c. &c.

ANNUA MEMORIA AC SOLEMNIORATIONE  
IN ACADEMIA PANEGYRI  
ANNO MDCLXXIII.  
VENERABATUR,

JOHANN HENRICUS SANDER.



WITTEBERGÆ,  
Literis MICHAELIS MEYERI relictæ Viduæ.

GLORIAM  
ORDINIS PERISCELLIDIS  
IN  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRIN-  
CIBE AC DOMINO

DOMINO  
JOHANNI GEORGIO  
SECUNDO

DUCE SAXONIE, JULIACI, CLIVIAE  
AC MONTII, SACRI ROMANI IMPERII AR-  
CHIMARSCHALLO ET ELECTORE, LANDGRAVIO  
THURINGIAE, MARCHIONE MISNIAE ET THURINGORUM LUSATIAE  
BURGRAVIO MAGDEBURGENSIS, COMITE DE MARCA  
ET RAVENBERG, DYNASTA IN RAVENSTEIN, &c. &c.

ANNUA MEMORIA AC SOLEMNI ORATIONE


IN ACADEMIA PANEGYRI

ANNO MDCCLXXIII  
VENERABITUR

JOHANNI HENRICUS SANDER.



WITTENBERG  
Liberis MICHAELIS MEYERICHII Vidor.



SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE  
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO  
JOHANNI GEORGIO  
SECUNDO,

D. G.

SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC  
MONTIUM DUCI, S. ROM. IMPER.  
ARCHIMARESCHALLO

AC

ELECTORI,  
LANDGRAVIO THURINGIÆ, MAR-  
CHIONI MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ, BURG-  
GRAVIO MAGDEBURGENSI, COMITI MARCHÆ  
ET RAVENSBURGI, DYNASTÆ  
IN RAVENSTEIN:

PATRIÆ PATRI.

PIO, FELICI, PACIFICO.

Hoc quaecumque; est ob-  
sequii & Subjectionis pignus

D. D. C.

*SUBJECTISSIMUS AC PRO SALUTE DEVOTUS  
SERVUS*

JOHANN HENRICUS SANDER;



## Ondecoratam

regali, in solenni hodiernæ lucis, Augustam Serenissimi Saxonum ELECTORIS coram astare mihi videor Majestatem paludamento, quod gemmatum faberrimi operis circum circa ambit monile, pretioso Herois belluam superantis, circa augustum Pectus fulgurans simulacro; sinistram in super ipsius tibiam coeruleato gemmis auratisque internitente characteribus cinctam esse subligaculo. Quid tam insolitus Principis tanti ornatus? Quæ peregrina solennem gratulationum interfundunt seriem vocabula:

*Hony Soit qui mal y Pense.*

Non fortuita hæc sunt, magnum sanè & peculiare quoddam abundè nobis videntur inculcare. Illuxit nimirum Auditores omnium ordinum Honoratissimi, illuxit Lux auspicata xxiii. Apr. quâ Inviētissimus

A Prin.

❁❁❁ (2) ❁❁❁

Princeps ac Dominus **CAROLUS II.** Magnæ Britanniaë, Galliaë, Scotiaë, Hyberniaë Rex potentissimus, anno abhinc quarto cum **ELECTORE** nostro Serenissimo regiã felicissimè junxit amicitiam; ipsumq; in ordinem Auratorum Equitum toto terrarum Orbe illustrissimum (præter hunc enim non temerè ullibi nobiliorem, qui tot illustria jactare posset nomina, ordinem offendes) regaliter evehit. Hinc itaq; quum annua nunc nobilissimi Collegii celebranda instet memoria, augusta totius aule limina felici perstrepunt applausu; nobiles Myforum atq; Saxonum, quaq; patent provinciæ, omnes sibi de Principis sui intemeratâ existimationis gloriã invicem congratulantes, faustis ominibus apparent. qui in ipse Serenissimus Noster hoc regali ornatu conspici, ceu maximis virtutis famæq; suæ præconibus principaliter lætatur. Dignum enim hoc Symbolum ac conveniens est visum tantâ Principis Majestate ornamentũ, quo nõ solum & maximi Regis in illam exprimeretur affectus, & numerosa quoq; Illi augeretur existimatio & gloria. Sed dum universã solennis hujus seriem retexo, augustam **ELECTORIS** nostri gloriam per  
ordi-

❁❁(3)❁❁

ordinē Periscelidis ad auctam pronuntiā sē  
me miramini Auditores. Est quidem Equi-  
tis Garterii titulus satis magnificus, & nobi-  
lissimorum Principum consortio nobilita-  
tus; multum tamen de pristina videtur de-  
cedere gloriā, si cum augustali nomine E-  
LECTORIS, Regiæ etiā dignitati æmulo  
componas; vix coeruleum quoque ordinis  
Garterii paludamentum suā tuebitur lau-  
dem, quin expiret, purpurā Electorali col-  
latum; nec roseus denique torques S. Georgi  
coruscans imagine, nec cætera illustria So-  
cietatis ornamenta cum Principali tiarā,  
Octoviratusque veniunt æquiparanda in-  
signibus. Sed altius indagandum est Audito-  
res. Per se quidem clara, imo æterna est  
Principis nostri gloria & fama. Quanto e-  
nim conspectior est inter Principes SAXO,  
tanto quoque potentiā, autoritate præminet  
cæteris ac magnitudinis veneratione; quæ  
tamen propriis innisa viribus haud alieno  
indiga est incremento, ut illi ne minimum  
sic addere aut conferre potuerit illustris il-  
lius Ordinis dignitas augmentum: quo au-  
tem divina Ipsius alii quoque innotesceret  
orbi virtus, & peregrinæ tantam admira-  
rentur provinciæ autoritatem, nec non



disfitæ augusto nomini assurgerent nationes, hanc non immerito nobilissimus Ordo magnificum Regiæ illud amicitiaæ Symbolum, sibi vindicare gloriam videtur. Quæ enim hæctenus, intra augustos Imperii sui confiniumq; terrarum limites, stare videbatur atq; contineri fama, deinceps tam angustis includi spatiis nescia, erupit latius, aliumq; orbem complexa, ad circumfusus undiq; Oceano Britannos est evagata: qui tanto fama accedente lætati hospite, per ultro oblata Georgianæ Periscelidis insignia, illum sociū amicumq; salutarunt. Quæ Regis potentissimi nobiscum juncta amicitia, illustrem omni facilè absolvit vitio ordinem, quin eâ potius quâ inferior antea, & quasi laborare videbatur parte nobiliorem reddidit & summo cuivis Principi expetendum. Haud prophanus igitur existimabor, aut parum reverens gloriæ tuæ, Serenissime ELECTOR, si illam per Garteriorum sacra tot Imperatorum, tot Regum Principumq; Majestati decora auctam affirmaverim. Hæc autem quum recogito mecum penitus, tanto pondere dicendorum ac numero me sentio obrutum

❁❁(s)❁❁

tum, ut me hinc penitus desperem expedi-  
re. Solet ingeniis non infelicibus aliàs &  
promptâ pollentibus facundiâ accidere  
nonnunquam, ut si cum Principe verba ha-  
beant miscenda, & in conspectum admis-  
si, aut nimiâ stupidi trepidatione, (adeo e-  
nim circumfusâ & insitâ Principi Majesta-  
te attonantur) omni prorsus destituantur  
eloquio; aut tamen hærentes & quasi ob-  
luctantes oblivioni, de proluxa & sa-  
tis præmeditata oratione, pauca atque  
hæc confusa proferre sustineant voca-  
bula. Me, qui omni facilè excludor di-  
cendi peritiâ, nunc etiam absentis terret.  
Principis Majestas, quæ tanta est, ut  
& expedito cuiusvis & consummatae eru-  
ditionis genio sit manus injectura, ac  
devotâ quâdam coactura in se morari  
admiratione. Hinc non possum non  
trepidare, quum & primo statim aditu mi-  
hi video obmutescendum, nisi incompara-  
bilis clementia Ipsius tanto oneri jam suc-  
cumbenti veniat in partes & verba facturo  
animum addat ac spiritum. Dabis itaque  
veniam Serenissime ELECTOR au-  
daciae

B

Cor

❁❁❁(6)❁❁❁

daciæ religioſæ, quam non prophana te-  
meritas, ſed devota nominis gloriaꝗve  
Tuæ elicuit veneratio, ſola enim pietatis  
vis eſt, quæ me huc rapuit, ſatius eſſe ſtatu-  
ens aliquam, nudam licet & nullo formu-  
larum ambitu veſtitam, quam plane nul-  
lam Principi ſuo probare pietatem. Nunc  
verbis ſolennibus veſtra quoque, Audito-  
res omnium ordinum Honoratiſſimi, am-  
bienda eſſet benevolentia, niſi de propen-  
ſo veſtro erga Principem noſtrum affectu,  
ſummâq; in ejus gloriam reverentiâ con-  
ſtaret abunde, ut merito vos offenſum iri  
metuam, quum multis de veſtro labora-  
rem favore, quem licet inexercitata dicen-  
tiſtenuitas ſibi non audet promittere, ar-  
gumentitamen dignitas non penitus de-  
ſperat, quum ultrò ſe illum confidat confe-  
cuturum nec vana quoque de veſtrâ eſt au-  
gurata pietate, quum haud obſcura ex fre-  
quenti veſtro confeſſu ſe produnt docu-  
menta, quam cupidi eſtis, immortalẽ  
**ELECTORIS** noſtri gloriam divinam-  
que, exterarum quoque Gentium proba-  
tam ſuffragiis, mecum virtutem ad-  
mirari.

Con-

❁❁(7)❁❁

**C**onspecturis rutilantes Solaris astri i-  
gnes, dum intenti nimium nitidissimo  
pulcherrimi syderis circulo, tot fulguran-  
tes circumcirca in ora intuentium ejacu-  
lanti radios inhæreant diutius, & avidis in-  
solitum jubar hauriant oculis, non rarò ve-  
nire videmus usu, ut vim illorum visivam,  
penetrans maximè flamma corrumpat a-  
criter ac feriat, ut varii a versis deinceps co-  
lorum lusus ipsorum luminibus oberrent,  
& quicquid intuentur, non verè & nativo  
indutum habitu, sed nescio quo versicolor-  
re vestitum & obductum tegumento ap-  
pareat ipsis & præsentetur. Haud absimile  
quiddam, qui abstrusa Imperantium scru-  
tantur, perpeti dicuntur. Hi dum anxiam  
curiositate, ipsorum occultos animorum  
recessus rimari, & sic ultra sortis suæ volunt  
assurgere conditionem, tam egregiè à cir-  
cumdatâ negotiorum facie splendidâ &  
planè aliò divertente, præpostera ipsorum  
perspicacitas confunditur, ut externæ re-  
rum inhærentes superficièi, veritatem tot  
stipatam &mersam circumstantiis præter-  
labantur, & fumosam nubem pro Deâ am-  
plexi, inanes conjecturas & nugas aniles,

❁❁❁ (8) ❁❁❁

nullibi, nisi in errore natas summam & sinceram asserant ac interpretentur veritatem. Quod, quum abundè omnium seculorum loquantur memoriæ, operosis harum minimè vacabo denarrationibus, præsertim quum Regius ille Equitum Auratorum Ordo aurem pervellat mihi, & veram ejus Originem atq; causam exprimerè conantibus eandem contigisse fortunam attestetur; dum enim gemina ipsius Symbola illorumq; ansam indagari voluerunt, ad ridicula quædam commenta descenderunt, quæ ante nobis erunt removenda, quam vera nobilissimi Collegii explicaturi sumus initia. Choream nimirum memorant Eduardum Tertium olim instruxisse magnificam, huic Comitissa Salisburiae Adelheida, quam magno Rex prosequeretur affectu, quum interesset quoq; & coeruleum tegminis tibiæ ligamen inter saltandum fortuito resolutum decideret, hoc advolans è terrâ collegisset Eduardus Rex; quod ab illustri coronâ circumstante animadvertum, quæ tota ideo in risum soluta & jocosè hâc de re invicem fuisset cavillata, id ægrè ferens Eduardus,

in

❁❁❁ (9) ❁❁❁

in hæc Gallicamox prorupisset vocabula:

*Hony Soit qvi mal y Pense.*

Addens insuper brevi tempore futurum, ut ejusmodi cingulo, etiam ab his jam maximè illud ridentibus, non solùm maximus haberetur honor, sed summo etiam appeteretur studio ac reverentiâ: & sic nobilissimam Equitum conscripsisset societatem, cujus membra ab illo cingulo, quod Garter Angli vocant, denominasset Garterios; quo omnibus, quam iniquam de Rege suo fecissent censuram intimaret. Sed ficta hæc sunt fabulamq; sapiunt, tam auctoritate & fide, quam ratione destitutam. Ipse licet Polydorus annalium Anglicorum conditor, suscepturus sententiæ hujus patrocinium, nihil invenit solidi quod substerneret, tantùm rumore vulgi eam nitî necesse habuit confiteri: At raro eligit fama, nec unquam ad liquidum perducitur, & ne tunc quidem, quum aliquid veri afferit, sine mendacii est vitio. Quod Camdenum studiosissimum aliàs rerum Anglicarum Scriptorem movisse credo, ut ne quidem hujus fabulæ mentionem referret, nec tanti æstimavit vulgi susurros, suis

C

infer-

infereret memoriis. Ne dicam jam dudum  
 illa à cordatis in Angliâ esse repudiata ac  
 explosa hodie. Et quis hæc tanto Ordine,  
 tantoq; Principe indigna reciperet? nonne  
 hoc foret Regem maximæ pietatis virtu-  
 tisq; insimulare libidinis amorisq; illiciti.  
 (Eos quippe noto, qui Comitissæ Salisbu-  
 riæ Adelheidæ ligamenta sustulisse, ejusq;  
 amore captum fuisse Regem perhibent.)  
 Nonne tot illustrissimis animis Geniisve,  
 quos inter membra Societatis conspici-  
 mus, indignum, ex sordidis principiis & il-  
 lecebris amoris natum, tanto in pretio ha-  
 bere Ordinem. Faceffat igitur hæc fabula,  
 faceffant, qui Richardum quendam An-  
 glia Regem mentiantur inventorem. Is  
 quum magnam in Agarenos & Turcas  
 moliretur expeditionem, & obsidione  
 Anconam & Cyprum jam premeret clau-  
 sam, diu autem & præter spem mirâ trahe-  
 retur obsidio sollicitudine, longioris tunc  
 pertæsus moræ, & Divi Georgii spiritu a-  
 nimo ipsius illabente, tandem admonitus,  
 hunc Ordinem instituerit, cujus Equitibus  
 in certum futuræ victoriæ Symbolum ac  
 incitamentum, primò coriaceum quod-  
 dam

❁❁❁ (11) ❁❁❁

dam tantum, quum non aliud praesenti  
suppeteret statu, subfibulum dedisset. ha-  
beant, inquam, errores suos sibi, non enim  
fabulas sequi semel nobis est constitutum.  
Confecimus unum Auditores, nunc de al-  
tero symbolo pectorali, quod imaginem  
Georgii referre dicitur verba faciemus, li-  
berabimusque a maculis. De hoc fama est,  
extitisse olim Georgium quendam, ex  
Cappadocia oriundum Equitem, qui pa-  
triam ab immani quadam obsessam bellua  
repetiturus, longe lateque reperisset vasta-  
tam, quam ipse deinceps, quum alias a nul-  
lo mortalium alio illam occupari aut supe-  
rari fas fuisset, arrepta lancea unica etiam  
jamjam inhiantem Regis filiae confecisset  
fortiter, & sic Virginem a praesentissimo  
mortis periculo, & patriam tot cladibus a  
monstro illatis prope exhaustam vindicasset.  
Hic praeterea, quum crudelissima Chri-  
stianorum supplicia (quibus tunc tempo-  
ris innocentes, tanquam pessima totius  
orbis purgamenta saeviebatur,) aliquando  
intuens, invictam horum nec exquisitissi-  
mis etiam cruciatuum cedentem dolori-  
bus admiraretur constantiam ac fidem;



subito sacro quodam ita fuisset percussus  
 horrore, ut detestata ejurataque; mox omni  
 idololatriâ, Christianæ se totum manci-  
 passet religioni, quam intrepidâ apud e-  
 thnicos quum fateretur confessione, mi-  
 serè ideo excruciatu ac tortu & tandem  
 securi percussu, diem obiisset supremum;  
 nunc autem coelitibus & sancto martyrum  
 immistu coetui crederetur. Variis denique;  
 Sancti hujus beneficiis, quibustum in bello  
 ac pace optimè de universâ Anglorum  
 meritu esset natione, potentissimi An-  
 glia Reges commoti, augusta regna sua  
 tutelè ipsius credidissent ac patrociniu; sub  
 quo tot hæcenus secula incorruptâ quoque;  
 egissent felicitate, exinde hodienu Au-  
 rati Anglicani Ordinis Equites, Georgii  
 gestarent imaginem ac præferrent, ejusque;  
 sancta ac inviolabilis ab iis haberetur &  
 quotannis insuper memoria celebraretur.  
 Quamquam alii divum Georgium ab An-  
 glis pro Marte à fabulosâ antiquitate cre-  
 dito bellorum præside, fuisse habitum cul-  
 tumque; sine omni tamen augurantur ratio-  
 ne. Enimvero vana hæc omnia atque; ine-  
 pta esse ludibria, quæ nec ullam mereantur  
 tur

tur fidem, sine omni quovis deprehendet negotio; ac ex alto omnium gravium Historicorum, paululum saltem historicarum rerum gnaro, facile silentio constabit. Quomodo enim is, qui nec in hac universa rerum visus natura, nisi in favro Sectarii cujusdam Ariani formatus ac exclusus cerebro extitit unquam, potuit commemorari? Nihil autem moramur illos, qui Georgium quendam Cappadocem, hominem extremam ac ultimam malitiam infamem, Alexandrinum armata manu, asserant Episcopatum invasisse, ac ejecto Magno Athanasio, illius loci se gessisse Praesulem; satis enim graves sacrilegae suae nequitiae deinceps dedit poenas; crudelissimam nimirum sub Juliano peremptus nece, ne scelerato terra amplius contaminaretur cadavere, ultricibus id absumptum flammis, cineribus in altum projectis mare, inter mortales esse desiit. Hunc igitur perfidum alienae dignitatis praedatorem venerari sanctum, & maleficum, qui iusta sceleribus suis subiit supplicia, innocentem jaclare martyrem, hoc injustum, impium imo ferme dixerim blasphemum esse.

D.

Rede.

Redeat vobis in memoriam, Auditores, infelix calamitas superiorum seculorum, quibus dictatorium Papatus exerens imperium, infinitis totum ferme de sanctis repleverat orbem fabulis; à quibus nemini citra impietatis recedere notam, quin tanta superstitiosa mortalium invaserat animos credulitas, ut nedum indubium easdem licuerit vocare, & quicquid nugarentur cucullati, id tanquam coeleste aliquid ab omnibus effatum crederetur. Ea cucullatorum turba, hanc quoque finxit nequam, quam superstitiosus nimium orbis susceperat, quã tamen Eduardo nostro imponi minimè potuit. Siquidem Waldenses improbis monachorum fraudibus infremescentes, mimica ipsorum de Sanctis figmenta, quibus credulo illuserant orbi, publicè refutantes, per omnem Galliam Britanniamque evulgaverant. Quæ Eduardum Tertium Principem aliàs sagacem & Waldensibus insuper tunc in Angliã degentibus edoctum, latere aut fugere poterant minimè; ideoque Georgium suum non Cappadocem credidisse, sed symbolicum, vel Principem ceu communem Patriæ Patrem

trem

❁❁(15)❁❁

trem, (nunc transeamus ad vera; hæc prima hujus Symboli interpretatio est, non præter verum excogitata ab iis, quibus ratio in promptu fuit,) elegantissimo hoc delineatum ivisse eblemate prudentissimum Regem, non est quod dubitemus. Imo statuit Rex piissimus Imperantem quemlibet Georgium referre, cui non secularis cujusdam Regis, sed Regis Regum cuncta hæc æternâ ac inenarrabili majestate moderantis, Filia, Ecclesia scilicet ac Religio supplices tendant manus, opem ipsius & auxilium implorantes, quum draco horribilis cacodæmon, & execranda ejus soboles ac instrumenta, seditiones, tumultus, ipsam devoraturi imminent; tunc pius intercedit Magistratus, & illis sancto suo armatus officio opponit se. Quin fide, fortitudine ac prudentiâ debellat monstra illa atque opprimit, ne noceant virgini Ecclesiæ; sed illa sub potenti pii Principis patrocinio, invitis omnibus veritatis hostibus quieta agat perpetuò, ac intemeratâ religionis ac fidei puritate, floreat semper atque triumphet. Et hoc voluit nunquam laudandus satis Rex Eduardus Tertius

tius; neque credendum, Auditores, aliâ  
 ratione aut mente Serenissimum PRIN-  
 CIPEM nostrum magnifica nobilissimi  
 accepisse Ordinis Symbola, nec quicquam  
 aliud, quoties & illa intuetur, altiore secum  
 reputare animo. Non hisce indigebant  
 quidem vel Augustissimus ELECTOR  
 noster, vel Serenissimi Saxoniae Duces mo-  
 numentis; jam dudum enim incomparabi-  
 lis ipsorum toti inclaruit terrarum orbi  
 gloria, & quis adeo publici ignarus est aut  
 vecors, qui ad miraculum eminentem pie-  
 tatem, propriam illam & individuum Illu-  
 strissimae DOMUS SAXONICAE igno-  
 ret virtutem? Sed in hunc spatiosissimum  
 delatus campum, quid primò, quid ve-  
 ultimò mihi asserendum sit loco, hæreo  
 incertus. Vellem digniori lampada tra-  
 dere, Auditores, & feliciori meas dele-  
 gare partes eloquentiæ, quæ hanc ardu-  
 am condignè, (si modo dignè potest) ma-  
 teriem exequeretur. Si enim prima Reli-  
 gionis Lutheranae incunabula, quomo-  
 do æternum coelestis veritatis lumen, per  
 divum Lutherum, discussis errorum Pon-  
 tificiorum, quibus hætenus laborabat,  
 nebu-

nebulis, purum & ab omnibus vindicatum  
 corruptionibus nobis fuisset redditum, re-  
 petere intenderem; si FRIDERICOS, si  
 JOHANNES, si MAURITIOS, si AU-  
 GUSTOS instituerem commemorare,  
 dicendum foret, quanta pietate renascen-  
 tem iterum susceperint Religionis verita-  
 tem, quae constantiam invictam ac clemen-  
 ti refoverint patrocinio adultam, quae in-  
 trepidam animi fortitudine eam essent tui-  
 ti, quanto denique conamine & incredi-  
 bili industriam illam propagarint in poste-  
 ros. & quanta (Deum immortalem!)  
 historia mihi nasceretur, non hora u-  
 nicam dieque exponenda: merito igitur  
 haec ingenio majori, & tantis rerum mo-  
 mentis respondentem relinquimus traden-  
 da, tacitam potius Religiosae DOMUS  
 SAXONICAE mecum venerabor  
 admiratione pietatem. Ne autem de-  
 bito officio plane defuisse videar, pau-  
 cissima sufficiat, quae nostris propio-  
 ra magis sunt temporibus, id est  
 nunquam satis celebranda DIVI JO-  
 HANNIS GEORGI PRIMI  
 auxilia Lutheranæ Ecclesiae præstita,  
 E liban.

2101x

❁❁❁ (18) ❁❁❁

libando indicâsse. Intonuerat jam horrenda illa feralis belli tempestas, quæ omnem mox Germaniam inundatura erat, quum dirum in nostras quoque immenso torquebatur fulmen fragore, terras; quod quum nihil tale metuentes, & simulatâ pacis spe corripuerat soporatos, tanto infestiori etiam clade affecerat atque ruinâ. Instabat scilicet, premebat, imo obsidebat ferox & multis armatus legionibus hostis, impugnabatur non solum libertas, sed Religio etiam petebatur & proscribebatur fides, bona nullo fati aestimanda pretio, & cuivis etiam sanguine redimenda; conclamata tunc patriæ res, & tanquam fato suo proximæ, non nutare amplius, sed ruere penitus, & nihil in tam arcto rerum articulo, præterquam ultima videbantur expectanda. Et oppressisset nos totius Europæ excita sedibus suis moles, ni Dive JOHANNES GEORGI PRIME, pietas Tua miseræ intercessura nostræ, durum prævertisset fatum. Tu enim Patriæ, quoad spiritus & vita suppetere, deesse, nefasimo impium ratus; tanquam GEORGIUS bellator, imò quasi DEUS, (Deus enim est, aut certè Deo proximus,

ximus, per quem divina vindicantur) profuisti, & auspiciousissimo cum incomparabili Heroe GUSTAVO ADOLPHO potentissimo Svecorum Rege conjunctus foedere, ne dubia in Te provocares casum, aut incerto omnia committeres eventui, adfuiisti nobis, & cum summo periculo pro Religione & patriâ aliquid audendum existimans, pro aris & focis contra injustam hostium vim stetisti, decertasti, & tandem felicissimè vicisti; nec prius extorta semel arma deposuisti, quàm hostibus fugatis & fractis profugam reduceres Religionem & securitatem, ac pacem ab hostibus improbè interceptam, tuis restitueres provinciis. Hoc gloriosissimum Principis nostri in posteros exemplum eat, & nullo tempore finiendâ celebretur memoriâ; quo videant universi, quid Religioni, quid Patriæ debeatur, & deniq; omnes propriam salutem imo ipsam vitam salutis publicæ longè esse posthabendam addiscant. Ostentatrix sui maximè vetustas magnis Cordum Atheniensem evehit laudibus, quod oppressam Patriæ libertatem etiam sanguine suo redimere non recusasset, ac ideò in



memoriam facti sempiternam, varias ipsi  
 ab Atheniensibus statuas esse positas, prisci  
 referunt Historici. Tibi, DIVE JOHAN-  
 NES GEORGI PRIME, quum non so-  
 lum libertatem nostram, sed etiam Reli-  
 gionem & quicquid deniq; floremus, id o-  
 mne TIBI & divinis Tuis debemus Virtu-  
 tibus; quas, inquam, referamus gratias?  
 Num Mausolæa moliamur monumenta,  
 aut pretiosa in tuos figuremus vultus æra;  
 minime! Tu enim inter astra relatus & cun-  
 cta super mortalia æternum & ineffabile  
 possidens ævum, & nihil nisi coelestia re-  
 volvens, omnia hæc respuis ludibria; di-  
 vinam igitur tuam religiosâ perpetuò pro-  
 seqvamus admiratione Virtutem, ejusq;  
 sanctam semper piâ veneratione memo-  
 riam, nullo, nisi qui huic universo erit  
 communis interitu, finiendam prædica-  
 bimus. Sed & adfuit Tibi, JOHANNES  
 GEORGIUS SECUNDUS, sedulus  
 consiliorum ac operum tuorum adjutor  
 ac observator, cui cum vitâ omnes infi-  
 mul pietatis concessisti sensus: unde nec  
 quicquam illum à Majorum recedere vi-  
 demus gloriâ. Hic Patriam, Hic Religio-  
 nem

❁❁(11)❁❁

nam à Divo Parente liberatam in nostra  
usq; felicissimè servavit tempora, & tam  
grande coeli depositum, quasi Deus tute-  
laris ac sacra anchora asseruit. Quum enim  
sacra Electoratus capefferet insignia, ni-  
hil prius, nihil antiquius habuit, quam ut  
verum Dei cultum in provincias suas  
inductum, non solùm potenter tueretur,  
sed etiam clementi firmaret patrocini-  
o ac stabiliret. Cuncta enim ritè colentibus Nu-  
men prospera evenire, adversa spernenti-  
bus persuasum ipsi erat. Per mitte mihi,  
**DOMINE**, ut infinitas Tuas tangam lau-  
des, & ingentem quæ in animo æstuat ef-  
fundam pietatem. Turpe quidem & inge-  
nuo modestoq; pudore indignum, privato  
coram suas recitare laudes, secus cum  
Principibus comparatum: sicuti enim su-  
premi Numinis in nos collata munera,  
semper & in primis deprædicanda sunt pu-  
blicè: per æq; Principum, qui illius in his  
terrīs repræsentant vicem, citra adula-  
tionem, aut aliam malam notam, e-  
tiam ipsis præsentibus possunt explicari  
beneficia. Non religiosum quidem il-  
lud, Serenissime **ELECTOR**,  
F quod

quod in evolvendis oraculis divinis im-  
 pendis, dicam studium, nec quomodo pre-  
 cibus ac meditationibus piis vaces, expo-  
 nam; hæc etenim quoniam inter aulae tua  
 spectantibus tantum laribus fiunt, forsitan ju-  
 bes latere: nec incredibilem quoque Reli-  
 gionis sollicitudinem ac curam cum FRI-  
 DERICI, JOHANNIS & MAURITII,  
 (quos inter ceras Divorum Majorum cer-  
 nis,) piis componam studiis, ac quomodo  
 ipsorum laudes sic maxime exæquas, con-  
 tendam. Possem insuper memorias quoque  
 beneficiorum Dei, quas annuas publicam  
 consecrasti solennitate, commemorare, &  
 quæ in solenni Dedicatione sacelli Moritz-  
 burgenfis, (quod sanctissimum Electoralis  
 Pietatis opus, & infinitis coelitus adaugea-  
 tur incrementis, contraque omnium secu-  
 lorum casus, improborum hominum ma-  
 chinationes & astus, in æternum verita-  
 tis coelestis gloriam, & perennem piissimi  
 Principis illæsum atque invictum perduret  
 memoriam,) gesta sunt referre. De Con-  
 stantino Magno tam sollicitè narravit Eu-  
 sebius, quæ passim templa extruxit & mar-  
 tyria, ut illa non tantum inter pietatis ha-  
 buerit

boyp

bue.



❁❁ (21) ❁❁

buerit testimonia , sed etiam præcipuis re-  
rum gestarum annumeraverit monumen-  
tis. Et idem de Ottonibus & Henricis tra-  
dunt Historici. Cur itaq; ego hæc opera  
tua sanctissima DOMINE , prætermitte-  
rem tacita ? aut reticerem , quæ ad maxi-  
mam tuam Pietatem facerent illustran-  
dam ? Prætermitto tamen præsertim quum  
& ipsa numismata , dum templi exhibent  
spectaculum , insimul & Tuum habitum  
devotosq; gestus , quibus exemplo Salo-  
monis necessitates subditorum Deo com-  
mendans divinis te applicuisti aris , exactè  
referant. Possem , inquam , hæc omnia pro-  
lixo ordine recensere , ni subindè vererer,  
aut injustius tempora tua morari , aut di-  
cendis per opportunam detrahere brevita-  
tem. Hæc igitur omnis sit dictorum sum-  
ma ; Augustissimum Principem nostrum  
JOHANNEM GEORGIUM SECUN-  
DUM salutari verè ac esse GEORGIUM,  
cujus curâ ac tutelâ purior Ecclesia servatur,  
infesta contra draconis eliduntur consilia,  
ut ne minimum quidem nobis afferre pos-  
sint detrimentum ; cujus auspiciis deniq;  
debemus , quod nullum chaos , nec qui

nunc maximè Ecclesiam oppugnat Atheis-  
 mus, nobis arreperere & nostram interturba-  
 re valuit Religionem. Admirabilem & di-  
 vinum pietate fideq; Principem ! Maçte  
 isthâc pietate, qvam non tantùm nos sub-  
 diti tui, sed & longè disitæ admirantur  
 provinciæ; non enim Britannus toto or-  
 be divisus, hæc magnifica Ordinis Gar-  
 terii Tibi transmisit symbola, ut fictitium il-  
 lum pro tutelari venerareris Sanctum, aut  
 jamdudum explosæ fidem faceres fabulæ;  
 sed ut Tuam ostenderet terrarum Orbi  
 pietatem, publicumq; affigeret Pectori  
 speculum, qvò omnibus qvantum Eccle-  
 sia, qvantum fides & animarum nostra-  
 rum Tibi debeat felicitas, innotesceret.  
 Qvòd velexinde colliges, qvia inter vari-  
 as, qvibus nobilissimus Garteriorum Or-  
 do gaudet, sanctiones, peculiari qvadam  
 cavetur Lege, ne prophanus aliquis hære-  
 ticusq; contra Christianam Religionem  
 erroris convictus, in auratum eveheretur  
 Equitem. Qvàm optimo itaq; jure Tibi  
 Augustissime PRINCEPS, qvi non solùm  
 nullâ Religionis ac fidei laboras maculâ,  
 sed potius Pius es, Religiosus es, nobilissi-  
 mum

❁❁(25)❁❁

mum illud Pietatis symbolum fuit collatum. Ast quo me debita tantæ in Principe nostro pietatis abripuit admiratio? Solent rem aliquam stupentes, diffixis illi non tantum inhærere oculis, sed adeo mirâ quâdam teneri intentione, ut dum omnem in istam animum intendunt ac sensum, reliqua ipsis excidant memoriâ: idem mihi dum consummatissimam tanti Principis admiror pietatem, accidit. Fermè enim quod alii sensum hujus Emblematis interpretantur, prætermissem; sanctum nimirum Principis in administrandâ & conservandâ Republicâ officium, hoc indigitari symbolo contendunt. nam & hic dracones dantur, qui contra publicam insurgentes felicitatem, subvertere conantur eam: cum his certandum est Principi, ne pestilenti ipsorum affletur veneno Respublica, passura detrimentum. Cedit, cedit & hæc interpretatio in laudem Tuam DOMINE. Quotus quisque enim nostrum est, quem fugiat, quàm fortunato quàm clementi tuas regas provincias imperio, & ita cum civibus tuis, quasi Parens vivas cum liberis. Tua enim

G

Pru

❁❁❁❁❁

Prudentia est , **Auguste ELECTOR**,  
quod hâc felici fruamur tranquillitate:  
Tuæ debemus providentiæ , ne seditiosi  
Dracones , aut improbus exterorum ar-  
morum furor nostras evertant provincias:  
Tuæ imputandum Justitiæ, ne improbi ni-  
hil mitiores draconibus homines, vel frau-  
de vel vi nos lædant, nostraq; eripiant bo-  
na: Tuæ deniq; curæ ac vigilantia omnis  
Reipublicæ salus transcribenda est atq; fe-  
licitas. Quid hoc est aliud , quàm omni-  
bus modis sancto boni Principis satisfacere  
officio? Nemo itaq; sanus dubitabit , Te  
verum esse **GEORGIUM** , quum & hâc  
in parte absolutissimum ejus referas exem-  
plum. Nunc in primam, quàm olim pres-  
si, redeundum erit orbitam , nondum e-  
nim omnia de verâ Ordinis dixi origine.  
Nescio quo adverso plerumq; contingat  
fato, ut magnis & bellicosis non diu quiesce-  
re datum sit nationibus, sed perpetuis vel-  
uti bellis damnatæ , semper sibi hostem  
quærant, & præsertim inter vicinos poten-  
tes, frequentissimum & fermè assiduum sit  
discordiæ malum: vel quod inter æquale  
plerumqve regnet invidia , & ejus comes  
ob.

obtrectatio, quæ ægris oculis florentem  
 aliorum intuetur fortunam, & libenter de  
 his detrahit, quæ paulò altius ipsi videntur  
 eminere. An quòd tam prægrandia Impe-  
 riorum corpora vastâ suâ onerentur mo-  
 le, & sic sibi ipsi sint detrimento? Quicquid  
 autem horum sit, illud discordiæ malum,  
 Gallos etiam & Anglos florentissimas ca-  
 pitali aliquando afflaverat odio Nationes,  
 ac internecina invicem diverso tamen suc-  
 cessu gerebantur bella. Angli felicioribus  
 usi auspiciis, multis jam Gallos superave-  
 rant præliis; hi acceptas vindicaturi clades,  
 denuo Anno M. CCC. XLVI. quæquam  
 haud mitiore fortunâ renovabant bellum:  
 in quo ab Angliæ Rege Eduardo Tertio,  
 (qui, priusquam adoriretur hostem, in sti-  
 mulum & quo alacrem militum suorum  
 eò magis excitaret ardorem, & invictæ tot  
 pugnis jam probatæ admoneret virtutis,  
 singulis cœrulei coloris fasciâ sinistram cir-  
 cumdare jusfit tibiâ; ut sic ab hostibus di-  
 stincti, etiam in ipso prælii tumultu Galli  
 hâc militari carentes tesserâ, facilius à suis  
 cognosci possent ac occupari,) ingenti &  
 ruinâ simili strage, triginta etenim millia



Gallorum, in his Rex Bohemiæ Johannes, ejus Frater Carolus & multi nobiles occubuerant; apud Cresciacum prostrati, plenam Anglis concesserunt Victoriam. Et sic heroicam suorum virtutem & fidem satis illustri Rex Eduardus expertus erat documento: hanc igitur reputans secum, ne illam in honoratam relinquere aut negligere videretur, in singulare militaris virtutis præmium & ornamentum, tandem Anno M. CCC. L. equestrem Garteriorum fundavit ordinem, cui coeruleatam illam in Cresciacensi prælio ab Anglis suis feliciter gestam pro Symbolo dedit fasciam; quo fortitudinis fieret indicium, quæ militaris virtutis olim tessera ac incitamentum fuerat: facilius existimans, reliquorum quoque animos ad similes heroicis inflammari posse impetus, quum justâ censi æstimatione merita, ac Virtuti ipsorum debitum viderent constare honorem. Quid hæc Auditores, nisi quòd illa illustrissimi ordinis ornamenta, in victæ fortitudinis ac Virtutis militaris doceant esse symbolum, eosque tantum decere, qui bellicis maximè inclaruerunt virtutibus

bus. Jurare possem potentissimum An-  
 glia Regem eandem Heroicam in ELE-  
 CTORE nostro agnovisse Virtutem,  
 praesertim quum illam omnium ore  
 celebratam DUCUM SAXO-  
 NIÆ, quã semper claruerunt & nunc  
 quoque clarent animo sibi subjecit forti-  
 tudinem. Stupet adhuc terrarum orbis  
 TEUTONICUM illum HE-  
 CTOREM, ALBERTVM, quem  
 DEXTRAM IMPERI Principes,  
 milites verò ob ingentem armorum glori-  
 am, alterum ROLANDVM vocave-  
 re. Contremiscit Asia, quoties MAV-  
 RITI illius bellorum fulminis subit me-  
 moria. Quid de JOHANNE GE-  
 ORGIO PRIMO commemorem?  
 non erraverim, si verum illum GERMA-  
 NIÆ pronunciaverim MARTEM. Et  
 hic ipse felicissimè hodiequè imperans  
 JOHANNES GEORGIUS SE-  
 CUNDVS, licet sub Illo pacatè satis  
 nullis implicitæ bellis nostræ egerint pro-  
 vincia, licet horrenda inter nos silue-  
 rint classica, norunt tamen omnes, illum  
 satis paratum, esse castris, & sua quoq; in  
 H Mar-

❁❁❁ (30) ❁❁❁

Martiis posuisse studiis tyrocinia. No-  
runt inquam omnes, ne de Pyrotechnicâ  
dicam, quâ intimè callet, eas semper se-  
statum fuisse artes, quæ illum decent ma-  
ximè Principem, cui sacer Imperii Ensis, &  
cum Ense omnis bellicæ Reipubl. cura  
commissa est. Exosculamur Divine PRIN-  
CEPS, quâ sub Te fruimur, quietem, & ve-  
luti summum, quod nobis Tuis consiliis  
Tuis auspiciis impertitum est beneficium  
Numen veneramur. Servet Deus, ven-  
turisq; eam posteris consecret, satis enim  
infelicibus Fati nostri atrocitas hætenus  
nos exercuit bellis, quiete opus est ac pace,  
quò laceratum tot malis iterum reconva-  
lescere Reipublicæ corpus, & pristinum  
recolligere possit vigorem. Summa in-  
terim, nostris, fortitudinis Tuæ ac for-  
tunæ bellicæ hærebit fiducia ac confidentia  
animis, quæ Tibi nunquam non præsto-  
erunt ac in promptu, quoties dura tem-  
poris iniquitas præter consilia arma flagi-  
taverit. Eant itaque alii, ac spoliis genti-  
um, Urbiumque ruinis splendida sibi eri-  
gant trophæa, qui tamen sæpius non de  
Civibus aut salvo Provinciarum flore, sed

so.

❁❁(31)❁❁

solâ continente ac terrâ servatâ, effuso innocentium subditorum sanguine aut de inductâ longé lateq; vastitate atq; miseriâ possunt gloriari. Nos Tibi coronam civicam, nos monumenta ponemus, non solum ob florem Regionum, sed etiam CIVES consiliis & providentiâ Tuâ sine tumultu & sanguine SERVATOS. Finire Auditorum Orationem, postquam deduxi satis, quid gloriæ ac decoris illustrissimi Ordinis ornamenta PRINCIPIS nostro Serenissimo conferant, nisi subindè eorum Imperatorum & Regum, qui olim nobilissimo huic ascripti sunt collegio, imagines animo occurrerent. SIGISMUNDI enim, ALBERTI SECUNDI, FRIDERICI TERTII, MAXIMILIANI PRIMI, CAROLI QUINTI, FERDINANDI PRIMI, MAXIMILIANI SECUNDI, FRANCISCI PRIMI, PHILIPPI, CHRISTIERNI &c. ceras conspicio. Dignus certe JOHANNES GEORGIUS SECUNDUS visus est, ut inter eos poneretur Principes, quibus nec illustri natalium splendore, nec augustâ Dignitatis specie

H 2 cedit;

❁❁❁ (32) ❁❁❁

cedit; **WITTEKINDORUM** stem-  
ma, ex quo Electoralis hæc familia pro-  
cescit, (ne reliquos permistos attingam  
sanguines regios) quantum Majestatis,  
quantumvè splendoris hoc involvat no-  
men, quotusquisque est, quem fugiat.  
Hæc illa prosapia est, quæ non modò per  
ipsoſ CCC. L. annos Imperatores Impe-  
rio nostro, sed & toti Orbi Christiano fe-  
rè Reges dedit aut Principes. Verùm ire  
per annales, veteres magnificæ Stirpis  
ordines referre, multò minus seram tot se-  
culis famam explicare, nec vacat nunc,  
nec eget **ELECTOR SERENISSI-  
MUS** alienâ hæc gloriâ, circumfusus Ele-  
ctorali dignitate, cujus illa est præroga-  
tiva ac excellentia, ut ne Reges observet,  
nec se Regibus, quod monumenta pu-  
blica loquantur, temerè postponi susti-  
neat. Dubium mihi minimè est Audito-  
res, quin augustos hosce natales, quin  
Electorale, haud infra Regium, decus  
quoque volutârît animo. potentissi-  
mus Rex **CAROLUS SECUN-  
DUS**, quum doleret, quòd nondum  
Regibus ac Imperatoribus in Ordine Pe-  
risce.

❁❁❁ (33) ❁❁❁

riscelidis associatus esset JOHANNES  
GEORGIUS SECUNDUS. Et  
quāto serius in animum hoc indu-  
xerat, tanto festinavit magis nego-  
tium, quo ELECTORI de af-  
fectu Regio, Orbi de pietate ac in-  
numeris virtutibus HEROIS no-  
stri per hæc ornamenta quā citissi-  
mè constaret, neque enim arma-  
tus furor, aut immitior alterutrius  
partis fortuna, neque gratia Re-  
gia, quæ inferioris gradus Nobili-  
bus locum in hoc ordine facere so-  
let, Principi nostro impetravit illa de-  
cora, sed mutua æstimatio & æterna  
Virtutum ac gloriæ Electoralis fama  
advertit Regem ac permovit, ut ad e-  
am societatem invitaret ELECTO-  
REM nostrum ac traheret. O Te  
felicem beatumque Principem! in  
cujus æternaturam laudis ac famæ glo-  
riam plures conspirant orbis, pa-  
rum videbatur fatis, totam Ger-  
maniam, Italiam, Galliam, Daniam,  
Daciam in Tui admirationem abripu-  
isse, illasque ad jungendam Tecum in-  
duxit

❁❁(34)❁❁

duxisse amicitiam, ex altero Orbe præ-  
terea ne tantæ quid deesset gloriæ, eti-  
am augustos Pietatis, Religionis Virtu-  
tumque Tuarum præcones, Regem pu-  
ta, cujus imperium non trium tantum-  
modo regnorum continens orbis, sed  
ipsa maria subjugata suspiciunt, evoca-  
runt. Quot si ergo Saxonia alis, aut foves  
Misnia prophanos, tantæ parum reve-  
rentes Majestatis, ad ultimam Thulen  
mitte, divisosque orbe Britannos; quò  
ab exteris impietatis convicti, addiscant  
tam pium, tam felicem, tam bonum Prin-  
cipem ritè venerari: quem ut habeamus  
quam diutissimè superstitem, imò in il-  
lustrissimis liberis perpetuum, omnes  
quotquot Electorali paretis provinciæ  
imperio, & omnes quotquot ibi degatis  
cives, & vos denique Auditores cuncti,  
jungite vota, fundite preces, ego so-  
lenni vobis formulâ præibo:

Summe immortalis D E U S, Stator  
hujus principatus ac Custos, qui inex-  
haustus omnis boni fons ac Scaturigo, Te  
supplici veneramur voce, custodi, tue-  
re quam clementissimè ELECTO-  
REM

❁❁❁ (34) ❁❁❁

REM nostrum augustissimum, tuum enim est, condignam tantæ pietati rependere vicem. Vive itaq; JOHANNES GEORGI SECUNDE, Patriæ Pater, & hujus Diei, felicitatem lætissimis auctam incrementis in sera vide reducem secula! Vive JOHANNES GEORGI TERTIE, Decus Principum, Tu enim non tantum D. JOHANNEM GEORGIUM PRIMUM exprimis Avum tuum, sed & augustissimi Patris reddes aliquando nobis virtutes, & sic utriq; in Te superabunt superstites. Vivite gemina illa in spem tutelamq; Patriæ suscepta SYDERA, quæ illustria Majorum vestrorum, quorum geritis Nomina, non tam minamini vestigia, quam exhibeatis. Sic nos subditi vestri securitate freti, felicitate beati agamus felices, moriamur felices, sub fortunatissimo RUTÆ vestræ imperio, quod contra ingruentes omnium seculorum tempestates invictum perpetuo floreat, vigeat, triumphet.

D I X I.









**D**A Seine Churfürstl. Durchl. zu Sachsen unser Gnädigster Herr / in ganz herrlich und Königlichen Habit angethan / über welchen Sie einen mit Edelgesteinen versetzten vortrefflichen Umhang / daran das Contersey eines Ritters / so einen Drachen erlegt / sehr hohen Werthes / über dessen Göttliche Brust herab blinckert / tragen ; und Dero linckern Schenckel ein blaues ebenfalls mit Edelgesteinen und goldenen Buchstaben reichlich gesticktes Hosensband begürret und zieret / am heutigen glorwürdigen Festtage mir vorkommt / gerathe ich in eine Verwunderung / was doch diese ungewöhnliche Tracht eines so großen Fürsten auf sich haben müsse ? Was vor ausländische Wörter / man höre die allgemeinen glückwünschenden Zuruffungen unterbrechen ?

Hony soit qui mal y pense

Schande bestehe dem der Arges denckft.

Dieses geschiehet gewis nicht ohngefahr / sondern zielt auf etwas wichtiges um uns was sonderbahren zu erinnern. Es ist angebrochen / werthebeste Zuhörer / ich sage noch einmahl vor Freuden / der glücklichste Tag des XXIII. Aprils / an welchen nunmehr vor vier Jahren der unüberwündliche / Grossmächtige Fürst und Herr / Herr G A R E dieses Namens der A N D E R E / König in Großbritannien / Frankreich / Schott- und Irland / mit unsern Durchlauchtigsten C H U R und E A N D E S F Ü R S T E N unsern gnädigsten Herrn / sich Königlichen verbunden / auch Selben in dem allerherrlichsten Ritter Orden der ganzen Welt / des Garters oder Hosensbandes / (denn nicht leicht ein höher oder vortrefflicher Orden / oder der so viel hohe Häupter zehlen kan / wird angetroffen werden) ganz herrlich und Königlichen auf und angenommen / ist wiederum angebrochen. Wann denn auf heute dieses hohen Ordens Jahriges Gedächtnis - Fest zugehen / hört man den ganzen Chur Sächsischen Hoff von fröhlichen Zuruffungen erschallen / die edlen Provinzen der Meißner und Sachsen / so weit sie angesetzt / siehet man alle über den weit ausbrechenden hohen Ruhm Ihres Durchl. Fürstens

A

mit

❁❁(2)❁❁

mit unbeschreiblicher Freude und frolockenden Glückwünschungen sich einstellen. Ja selbst Seine Churfl. Durchl. unser gnädigster Herr / trägt ein sonderbahres hohes Wohlgefallen in diesen Königlichen Ornat, als vornehmsten Herolden seiner hohen Tugend und Nach-Ruhms sich sehen zu lassen. Zumahl dieser Orden vor ein recht anständiges Kleinod der Hoheit eines so großen Fürsten ist zu schätzen / dadurch nicht allein eines großmächtigsten Königes gegen Sie tragende Zuneigung könnte erweisen / als auch Ihr unzählbares Lob und Ruhmfeeligster Nahme vergrößert und ausgebreitet werden. Indem ich aber den ganzen Verlauff gegenwertigen Festes erzehle / Hochgeachtete Zuhörer / wird es euch meiner wunder nehmen / weil ich vorgegebē / wie das hohe Lob Seiner Churfl. Durchl. unsers gnädigsten Herrns / durch den vortrefflichen Ritter-Orden des blauen Hosenbandes sey vergrößert worden. Denn ein Ritter des blauen Hosenbandes zu seyn / ist zwar an sich sehr hoch / und wegen Gesellschaft der hohen Potentaten höchst rühmlich zu achten; doch würde diesem Ruhme nicht geringer Abbruch geschehen / wenn man solchen gegen Churfl. Hoheit / so Königlicher Würde gleich geber / wolte zusammen halten: und der Himmelblaue Habit des Garter Ordens würde schwerlich dessen beschriebenes Lob erhalten, daß es nicht erleschen sollte / so er neben der Purpur eines ChurKocks sollte in Betrachtung gezogen werden: so ist auch die auf Rosen art gemachte Kette / an welcher man das Bildnis des Ritter S. Georgens flütern siehet / noch der andere herrliche schmuck gedachten Ordens mit einem Fürstl. Churbute und anderen hohen Zeichen Churfl. Würde in minsten zu vergleichen. Aber man muß / Hochgeehrte Zuhörer / die Augen weiter richten und die ganze Sache vernünftiger untersuchen. Der ruhmfeeligste Name unsers Durchl. Churfürstens / ist an sich aller Welt bekant / ja gar unsterblich / und wie Seine Churfl. Durchl. zu Sachsen unser gnädigster Herr / andere Fürsten und Herrē mit dero hohen Person übertrifft / also ist Sie auch an Macht / Ansehen / und höchst Ehrenwürdiger Hoheit ungleich größer / und ihnen überlegen; es ist auch diese Hoheit so auf ihre eigene Kräfte gegründet / daß Sie keines frembden Zusatzes benötiget / noch der sonst hohe und herrliche Orden Ihren Ansehen das geringste beyzutragen vermag: daß aber Dero göttliche Tugend in einer andern Welt kund und ruckbar worden / und ausländische Provinzen Dero hohes Ansehen in Verwunderung ziehen / auch weit entlegene Völcker des SAHSEN großen Namen verehren / solches kan dieser vortreffliche Orden als das Pfand Königlicher Freundschaft / mit allem rech-

te

❁❁❁ (3) ❁❁❁

te Ihm zu eigenen. Denn der hohe Ruff unsers gnädigsten Herrns/so bißhero nur in den weitläufftigen Gebiethen Seines Churfürstenthums und anderer benachbarten Herrschaften sich wie enthalten hatte/ist nachmals als er in solcher Enge nicht können eingesperrt werden/weiter ausgebrochen/einer andern Welt zugezogen / ja gar biß zu dem vom Meere rings umflossenen Britten ausgeschweiffet; welche über diesen mächtigen Gast/der durch das Gerücht bey ihnen eingezo gen/höchlichen erfreuet/zu dessen Bezeugung/ Seine Churf. Durchl. alsbald zu einem Ritter des blauen Hosenbandes beniemet/ und also durch dem freywillig angetragenen Ritter-Orden Ihr haben Freundschaft und Bündnis angeboten. Welches vertrauliches Vernehmen eines so mächtigen Königes mit unsern gnädigsten Herrn/ den vortreflichen Orden leichtlich alles Tadels befreuet / auch alles wo er zuvor gering und also unten zu liegen schiene reichlich ersetzt; ja selben viel herrlicher und ledweden hohen Personen anständig machet. Werde ich demnach Durchl. Churfürst/ anädigster Herr/nicht vor frech/ oder als einer so Dero hohen Ruhm zu nahe trete / zu achten seyn/wenn ich dazuthun mich unterwinde/das selbiger durch den blauen Ritter-Orden/der von so vielen Keysern/Königen und Fürsten hoch und ihnen nicht unanständig gehalten / sey vergrößert worden. Indem ich aber wessen ich mich unterstehe/genauer bey mir überlege / finde ich mich von so vielen und wichtigen Sachen / so vorzubringen weren/ dermassen überhäuffet/das wie aus denselbigen zu kommen ich ganz und gar bey mir nicht finde. Es pfeget bißweilen wohlgeschickten und sehr beredten Köpffen zu begegnen/das weñ sie mit hohen Potentaten Unterredung sollen halten / und vor selbige gelassen werden / (indem sie der hohen Häuptern stets beywohnende und gleichsam ihnen eingepflanzte Majestät gewaltig rühret und schreckt) entweder von allzugroßer Furcht erstaunen und gar stecken bleiben; oder doch stammelnd/als wenn sie es nicht recht gefasset/von einer weitläufftigen und vorhero satzsam bedachten Rede nichts als wenige Worte in ganzer Unordnung können vorbringen. Mich/der ich aller Beredsamkeit ermangele/schreckt auch unsers Durchl. Churfürstens/wiewohl abwesende Hoheit/die so vollkommen ist/das sie einen sehr fertigen und vollkommen gelehrten Geiste zu thun machen / und mit einer demüthigen Bewunderung bey selber sich aufzuhalten ansfrenge wird. Habe ich dannenhero große Ursache mich zu fürchten / indem ich strack anfangs zu versümmen mich besorgen muß / wo nicht dero unvergleichliche Gnade mir/der

schon unter so schwerer Last zu sincken beginnet/ aufzuhelffen und weiter zureden wiederum ermuntern solte. So geruhe dennach Ew. Churf. Durchl. diese aus Ehrerbietung stammende Treistigkeit zu Gnaden zunehmen/und selbe vielmehr meiner zu dero Hohen Namen und NachRuhm unterthänigst tragenden Devotion und Ehrerbietung/als einiger vermessen Unbedachtsamkeit beyzulegen / denn allein der Trieb unterthänigsten Gehorsams mich hierzu gezwungen / indem selbiger darvor gehalten/das es besser sey/E. Churf. Durchl. seine obliegende Unterthänigkeit einmahl ohnzierliche Wohlredenheit/ auch nur mit halben und gebrochenen Worten/als auf besser Geschicklichkeit warten / und niemahlen zu erweisen. Nun were es auch an dem/Hochgeehrte Zuhörer/ das ich gemeinem brauch nach eure Wohlgewogenheit zu erwerben mich bemühet / wo ich nicht eurer großen Liebe und Ehrerbietung gegē unsern Durchl. Churfürsten und Dessen Hoheit schon satfam versichert were / das ich nicht unbillich die Besorge tragen müsse/ Ihr empfindet es nicht wol/ wenn ich um selbe zu erhalten euch noch ferner anliegen wolte. Denn ob gleich meine ungelübete Unberedsamkeit solche zu erlangen sich nicht getrauet / so zweiffelt doch die Hoheit desjenigen von dem hier geredet wird / so gar nicht daran/ das sie auch selbe freywillig zu überkommen sich Hoffnung machen darf: wie sie denn von eurer Ehrerbietung sich auch nicht vergebliche Gedancken gemacht/indem aus ansehlicher Gegenwart unschwer zu ermessen/wie willig geneigt ihr seyd den unsterblichen Ruhm und Ehre Unsers Durchl. Churfürstens und Herrns, wie auch Dessen Göttliche und auch bey außwertigen Völkern angebethete Tugend/ mit mir antzo zuverehren.

